

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Philipp Hartmann Michael Kirsten

**Disputationum Metaphysicarum V. De Vero & Bono, & quae ex his affectionibus
resultant, Signo Et Signato, Mensura Et Mensurato, Naturali Et Artificiali**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729467031>

Druck Freier  Zugang



Rh phil 1638.
Philipp Hartmann
Michael Kirsten



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729467031/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729467031/phys_0002)

DFG

IN NOMINE JESU
DISPUTATIONVM METAPHY-
SICARUM V.

DE
VERO & BONO,

*E*qua ex his affectionibus resultant,
SIGNO ET SIGNATO,
MENSURA ET MENSURATO,
NATURALI ET ARTIFICIALI.

Quam
Deo veritate & bonitate ipsâ fe-
liciter adjuvante

Permissu Ampliss Facult. Philosoph. In inclytâ
Rostochiensium Academiâ
SUB PRÆSIDIO:

Dn. M. PHILIPPI HARTMANNI,
Lubenâ Lusatii, S.S.Theol. Stud.

Publico E*placido Doctorum examini subjicte*
In Audit. Philosoph. majori ad d. 28. Julij.
MICHAEL KIRSTENIUS Beronâ-
Moravus A. & R.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KLEINI, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XXXIX.

ИСАИЯ
ПРОPHЕТИЯ
ВЪѤДѤ

ОБОГАЧЕНИЕ
ВЪѤДѤ

СЛУЖЕНИЕ
ВЪѤДѤ

ПОСЛАНИЕ
ВЪѤДѤ

CUM DEO VERO ET BONO

Veritatis ipsissima dictum est, quod pronunciatur ab Aristotele lib. 4. Metaphys. c. 5. ὅτι ἡ πᾶν
ἰδεῖν οὐκέταν ἀληθῆς εἶται, quod non omne, quod
apparet, verum sit. Multa enim Augustis-
simum veritatis nomen mentiuntur; & de-
cipimus seipscile iis, que nobis vera videntur, cum nihil minus
sint, ac id, quod praeferunt. Eapropter, eò major veritatem
investigandi incumbit necessitas, quo abstrusior est ejus natura.
Nos, quo ad permisit ingenij nostri tenet, hac in re aliquid
prestare conati sumus. Quod, licet valde sit exiguum; tamen
solatio nobis est, quod ibid. dicit Aristoteles: ἐπί πορού δέ χαρού-
σιν αὐτοῖς τὰς τοις κοινωνίστας δόξας, ἀλλά καὶ τοις επι-
τολαίσι τεοντας φίλων μάρτυρις. Sit igitur

§. 1. Tractationem Unius legitimæ methodo insequitur doctrina de VERO, & hanc de BONO. Ut enim meritò Unitas antecedit veritatem, ita veritas antecedit bonitatem, quoniam bonitas in veritate funderatur, & sicut intellectus prior est quidem voluntas, ita etiam verum prius est quam bonum, quod ad voluntatem pertinet. Suarez. l. 1. d. 8.

§. 2. Veritatis consideratio Metaphysicæ maximè propria est, ut disputat. Arist. l. 2. Met. c. 2. t. 3. quia non solum in actu, ut vocant, exercito investigat, quid vere sit ens, aut èntis affectio: sed etiam in actu signato inquirenit in ipsam veritatem, & cognoscit, quid vere sit veritas. Prior consideratio quasi materialis est, & omnibus omnino disciplinis communis, quæ sit cognoscendo res prout sunt. Posterior est quasi formalis, & soli Primiæ Philosophiae vendicatur.

§. 3. Veritas ingeneretur in ipso, quod sit conformitas entis cum eo, & quo significatur, vel intelligitur. Sunt enim duæ veritatis species, una in significando, altera in essendo. Non nulli addunt Tertiam in cognoscendo, ut etiā Suarez, sed haec est supervacanea, ut patebit. Ab aliis etiam diversissimè solet dividī, ut videre est apud Tripl. l. 2. c. 4. q. 6.

§. 4. Videtur aliquibus hanc divisionem admittendam non esse, quoniam non eodem modo sese habeant membra dividentia. Veritas, inquit,

inquit; propriè est in intellectu, à quo formaliter verus dicitur, terminative in rebus, quatenus ex nempè producunt, & terminant veram cognitionem: Significative in vocibus, quatenus eam veritatem, quæ essentialiter in mente hæret manifestant. Atq; sic intrinsecè veritas intellectui competit, extrinsecè v. rebus. Verum, si veritas in respectu ad nos sumatur, omnino concedi potest, quod dictum est. Si a. præcisè in ipsis rebus consideretur, negari non debet, veritatem rebus esse essentiale. Licet enim nunquam res terminet aliquam cognitionem, tamen inest ei facultas, ut possit facere de se veram existimationem, quod ad rationem veri sufficit.

§. 5. *Veritas significativa est congruentia signi cum re signata. Cōgruerat*, dicitur signum, cum id, quod debebat, potentia cognoscendi representat.

§. 6. *Repræsentare, ut notum est, est præsens facere, quæ præsentia, non est realis, sed tantum intentionalis. Id est, res præsens sicutur sensu, sive intellectui, non secundum esse materiale, sed quoad speciem, & esse ideale.*

§. 7. *Signum, ut tale, implicat duplē respectum. Unum, ad id, quod signat, alterum ad potentiam cognoscendam, sive ad id, cui aliquid signatur. Illa a. potentia non est semper intellectus, sed etiam sensus esse potest. Nec apprehensio signi necessario sit per verum discursum, sed satis est, si iudicium phantasiae accurrat, ut in brutis videre est; e.g. elevatio lapidis cani signum est projectionis.*

§. 8. *Formaliter ratio signi consistit in respectu transcendentali, qui negari non potest. Sic fumus est signum ignis, quia ei inest talis natura, quæ cuivis ignem notificare possit, qui sane respectus est. vide CL. Scheiblerum l. I. Met. c. 23.*

§. 9. *Non est de signi essentia ut actu signet, sed eius ratio indifferenter sese habet ad actum & potentiam. Signum enim in respectu ad potentiam cognoscendam habet rationem objecti cognoscibilis, quod non desinit esse objectum, quam si actu non cognoscatur, hinc alij distinguunt signum in actuale, & apertitudinale. Queritur hic, an signum & signatum semper sint simul? Resp. Simul natura cognitione, non per loco & tempore. Dantur enim signa præteriorum, & futurorum, vid. Timpl. l. 3. q. 4. ab V.*

§. 10. *Queritur etiam an signum & signatum realiter differant? Resp. for-*

formaliter; bene autem possunt convenire in materia. Nam quod importat formaliter vox signi, non importat vox signati. Sed loquendo de rebus ipsis, quae relationem signi & signati recipiunt, non necessario realiter diversae sunt, sed una eademque ab illis denominari potest. Sic febricitas est signum ægritudinis. v. Scheibl. c. 23. n. 35. & D. Calo-
vium p. 325.

§. 12. Nunc ad signorum divisiones progredimur, quas ex alijs explicabimus; nobis enim novas fingere non est concessum. I. *Signum est vel necessarium, vel contingens. Necessarium est*, quod ita cohæret cum signato, ut id in fallibiliter indicet; sic pulsus in aequalis vibratio male constitutam cordis temperiem significat. Vocatur γνώσις μας, κρίτης τερπένγος. *Contingens est* quod probabiliter rem significat. Sic lac in foemina signum contingens est κυνήσεως aut partus, Hippocr. I. s. Aph. 39. vocantur hujus generis signa εἰκότα, quasi verisimilitudines. Quod enim plerumque ita fieri vel non fieri, esse, vel non esse novimus, id consentaneum sive εἰκός appellatur. Crellius Part. Com. Log. I. 3. c. 22.

§. 13. II. *Signum est vel Naturale, vel Arbitrarium. Hujus divisionis ratio non sumitur ex rebus significantibus*, potest enim res naturalis esse signum arbitriatum, sed ex modo significandi. *Sic igitur signum naturale est*, quod habet naturalem connexionem cum signato, & ex natura sua citra ullam supervenientem ordinatem sufficiens est ad signandum. Sic solis occasus est signum noctis adventantis. *Arbitrarium est*, quod est ex se, citra extrinsecam institutionem prorsus inefficax ad significandum ideoque ad id ex superveniente arbitrio divino aut humano ordinatur. Sic iris est signum foederis. Potest autem una eademque res diverso respectu esse signum naturale, & arbitriatum. vide Scheibler. cap. d.

§. 14. III. *Signum est vel formale, vel instrumentale. Formale est*, quod immediata sine sui cognitione rem manifestat, ut sunt species sensiles, & intelligibles; v. g. species cervi in mente mea est mihi signum, quo cervum cognosco. Hic non opus, ut distinctis actibus prius speciem, quid sit, intelligam, & deinde rem objectam, nisi id fiat data operam, & per accidens. *Instrumentale est*, quod prius cognitum in signati cognitionem ducit. Sic dispositio lineamentorum in manu est signum longitatis, vel brevitatis vitæ.

A. 3.

§. 15. IV. S. 7.

S. 15. IV. Signum est vel Theoricum, vel Practicum. Theoricum est, quod tantum representat, ut hedera, imago Cæsari. Practicum est, quod præterea per veram efficientiam aliquid efficit, ut sigillum, quod ceræ imprimitur. Per se inquam, non ex accidente, aut occasionaliter; tali enim modo etiam alterum aliquid efficit v.g. Imago Christi hominem ad devotionem excitans vide D. Calovium.

S. 16. V. Signum est vel nudum $\sigma \eta \mu \alpha \nu \tau i \kappa \delta \nu$, vel Exhibitivum $\mu e t a d o t i n o v$. Nudum est, quod significat tantum: Exhibitivum est, quod etiam id quod significat realiter exhibet. Tælia $\mu e t a d o t i n a$ $v \dot{\eta} \pi \omega \sigma \varphi e c \acute{e} p u r a$ signa sunt Sacra menta.

S. 17. VI. Signum est vel notificans, vel obsignans, vel Commononefaciens. Notificans est, quod rem ignotam deregit, eamq; ab omnibus aliis discernit: Commononefaciens est, quod nos rei alicujus admonet, dicitur alias $\mu \nu \eta \mu \circ s$ $\omega \omega \omega$. Obsignans est, quod nobis rem cognitam certificat. Sic Sacra menta sunt $\sigma \varphi \varphi \chi \dot{\eta} \delta \varepsilon$ gratiae diuinæ.

S. 18. VII. Signum est vel Remorativum, vel Demonstrativum, vel prognosticum. Illud rem præteritam in memoriam revocat; Istud præsentem indicat; hoc futuram significando predicit. Talium signorum Prognosticorum infinita est multitudo apud Medicos, Physicos, Astrologos. Sic Virgil. i. Georg.

— quid vesper serus vehat, unde serenus.

Ventus agat nubes, quid cogite humidus Auster
Sol tibi signa dabit. — — —

S. 19. VIII. Signum est suppositivum, quod supponit & stat pro suo signato, ut voces rerum: & manifestativum, quod duntur manifestatum, ut voces conceptuum; haec enim pro conceptibus non supponunt, vid. Scheibl.

S. 20. IX. Aliud signum est proprium, quod in primâ origine ad certam rem significandam est ordinatum, ut voces: aliud Impro prium, quod saltē per accidens ad significandi munus adhibetur, ut displosio tormentorum est signum lætitiae.

S. 21. X. Signum est Doctrinale. & non Doctrinale. Illud est, quo in decendi modo utimur; hoc, cuius in docendo nullus est usus.

S. 22. Do-

§. 22. *Doctrinale signum est vel internum, vel externum.*

§. 23. *Internum sunt conceptus formales, imagines illa rerum in intellectu nostro harentes. Atque conceptus (si recte sese habent) apud omnes homines sunt ijdem. Indus enim non aliter equum concipit, ac Polonus.*

§. 24. *Hi conceptus sunt vel ad cœgnati, qui totam rei essentiam representant: vel inadæquati, qui partem tantum exprimunt. Nam noster intellectus sepè ad modum distinctorum concipit, quæ distincta non sunt. Nec multiplicatio conceptuum formalium semper multiplicat ostia in rebus, ut ait rectissime Jac. Mart. I. 2. Exerc. 4. theor. 8.*

§. 25. *Externum signum sunt voces scripta. Voces sunt signa arbitraria significantia conceptus. Res scripta sunt signa arbitraria significantia voces, conceptus, & res.*

§. 26. *In his ergo omnibus signorum generibus, cum mirum convenienti & debitâ ratio ne significant signatum, est veritas. Specialiter a ea conformitas, quâ signum doctrinale internum congruit cum signo, hoc est, conceptus cum re; sive, quæ est conformitas intellectus ad res apprehensiones, dicitur veritas cognoscendi Logica.*

§. 27. *Hæc veritas est incompleta, & completa.*

§. 28. *Incompleta est in simplicibus conceptibus, & est conformitas conceptus cum reconceptu. Sic qui concipit canem ut bestiam latrantis, verum de eo format conceptum. Hinc dicitur animam intelligendo fieri omnia Arist. 3. Physic. de anim. c. 37. scilicet non realiter, sed modo intentionali vid. Scal. ex. 307. f. 6.*

§. 29. *Veritas completa est conformitas judicij ad rem cognitam ex quâ conformitate provenit, ut res judicata ita esse dicatur in se sic sit judicata est. Suarez. disp. 8. s. t. Jacobæus. 2. Metaph. c. 9.*

§. 30. *Veritas autem cognitionis non addit aliiquid reale supra actum, quiverus denominatur, sed includit talem representationem cognitionis, quæ habet conjunctam concomitantiam subjecti, ita se habentis, sicut per actum representatur, ut ait Suarez. l. d.*

§. 31. *Veritas hæc primò est in primâ mentis operatione, & per hanc in reliquis. Nam, ut recte inquit Corn. Martini p. 251. Comp. Metaph. Sic cuius conceptus simplices suapte natura antecedunt suam interfessionem & divisionem; Sic etiam aliqua simplex conformitus in-*

seruos illas & mentem debet antecedere conformitatem inter mentem, & compositionem eorum rerum. Confer. Jac. Mart. l. i. Exerc. 16. theor. 23. & Fonsecam l. 4. c. 2. f. 3. q. 6.

§. 32. Cum dicit Aristoteles l. i. de Interpr. c. 1. *ωέι σύνθεσιν καὶ δι-
αίρεσιν οὐ τούτην τε καὶ τὸ ἀληθῆς; non denegat conceptui simplici
omnem veritatem, sed innuit solim, speciali modo eam esse in secunda
operatione. Est enim, ut Suarezij verbis dicam, veritas per simplicem
noticiā in intellectu solū ut in cognoscēte rem tali noticiā apprehensam,
non v. tanquam in cognoscēte veritatem ipsam: per compositionem au-
tem non tantum in cognoscēterem sed etiam ipsam veritatem. Hoc est,
in simplici apprehensione unicē attendit objecti & intellectus conformi-
tas: in compositione autem præterea cognatio & identitas ipsarum rerum
quæ de se enunciantur, an verè nemp̄ hoc sit illud, nec ne. Vid. Fons. l. 4.
c. 2. f. 5. & seqq.*

§. 33. Hanc ad rem clarius expediendam commodè adhibetur,
distinctio inter veritatem conceptam, & exercitam. Veritas concepta
est, quando mens mea simpliciter concepit speciem intelligibilem. v. g. equū.
Veritas exercita est, quando eadem mens istas conceptus rebus accommo-
dat, & attendit, nū ille res inter se convenient, nec ne. Si convenient, af-
firmando conjungit, ut equus est animal. Sin secus, negando disjun-
git, ut equus non est stella. Et sic intellectus in secundā operatione
ipsam veritatem in actu exercito contemplatur, vid convenientiam
& inconvenientiam objectorum, quod in primā non facit. Vid. etiam
Suarez. Tom. i. disp. 8. f. 6. Jac. Mart. Ex. 16. th. 3. Jacch. l. 2. c. 9.

§. 34. Illa autem conformitas, quā signum doctrinale externum cum
cogitationis animi exactè congruit. hoc est, quando sermone ea significamus,
que nobiscum mente agitamus, vocatur veritas Ethica, que alterius est
consideratio.

§. 35. Veritati huic significativæ opponitur *Falsitas*, que est di-
sconvenientia signi & signati. Specialiter est disconvenientia inter men-
tem & sermonem, que opponitur veritati Ethica: & disconvenien-
tia inter judicium intellectus & objectum, que opponitur veritati Logicae.

§. 36. Hæc falsitas oritur, cum mens non rectè utitur suo judicio,
sed conjungit ea, que in re non sunt conjuncta, & dividit, que non sunt
divisa. E. g. diversissima sunt lupus & avis; quando igitur intellectus
hæc

hæc judicat esse conjuncta, tunc quidem verus conceptus est lupi & avis, sed ista connexio est falsissima, quoniam res maximè differentes judicantur esse conjunctæ ab intellectu, in quo formaliter est falsitas. vid. Arist. c. 12. l. 9. Met.

§. 37. *Falsitas non reperitur propriè in conceptu simplici.* Nam species rei intelligibilis, aut est in mente, aut non est. Si est, necessariò vera est: Si non est, nulla potest esse differmitas, quia ejus rei conceptus non est in mente, sed alterius eujusdam. Res enim aut tota concipitur, aut planè non concipitur, cum species intelligibilis sit forma indivisibilis, & recte ait Suarez. disp. 9. s. i. pugnat esse objectum, & tamen non representari sicut est. Deinde si falsitas locum haberet in conceptu simplici, nullus non esset falsus, quia nullus est, qui non habeat differmitatem cum alijs. Dicendum ergo est, *cum conceptus non ad proprium objectum comparatur, rem esse ignorantiam potius quam falso cognitam*. vid. Suar. l. d. Jace ch. 11. & 12. Corn Martini pag. 253.

§. 38. Veritati igitur in complexa proprie oppositur Ignorantia, & quidem privative. Hæc duplex est, puræ negationis, & præzæ dispositionis, de quibus Schäffius l. 2. c. 2.

§. 39. Sequitur jam ut quedam axiomata, de veritate in genere, & in specie de significativa exponamus: Sit ergo.

§. 40. I. *Veritas est una & simplex.* Quidam maximopere duplum veritatem unam nempè Theologicam, alteram Philosophicam assueruerunt. Sed nulla hic est oppositio. Quia cognitio Theologica est adæquatio intellectus & rerum divinitus revelatum. Philosophica v. rerum naturæ cognoscibilium.

§. 41. II. Antiquissimum est verissimum. Scilicet, quod $\alpha\pi\lambda\zeta$, tale est, non verò $\kappa\alpha\tau\alpha\pi$. Potest enim falsitas secundum quid antiquior esse veritate. Veritas autem absolute prior est mendacio, quia omnis res prior est suâ passione, & materia emulazione vid. Calov.

§. 41. III. *Veritas est indivisibilis, & nihil debet esse in intellectu, quod non sit in realitate objecti.* Plura tamen possunt esse in objecto, quia Veritas adæquate est posita in conformitate mentis, & ejus, quod conceptitur, quam alia non impediunt, quæ alii conceptibus apprehenduntur. Sic in homine concipio animalitatem, præcisâ rationalitatem.

S. 42. IV. Veritas est immutabilis. De veritate in essendo, &c. Simplici conceptu perspicuum est; De veritate in secundâ operatione alter se res habet. Res enim quae judicantur sunt duplices; quædam sunt necessaria, i. e. quæ ita compositæ sunt, ut nunquam possint dividi, vel ita divisæ ut nunquam componi. & haec sunt immutabiliter vel vera vel falsa. Quædam v. sunt contingentes, & harum veritas variatur variatis rebus. vid. Scheib. tract. Log. 3. c. 3.

S. 43. V. Verum vero consonat, hoc est, non contrariatur. vid. Stahlum in Reg. Phil. tit. 18. Arist. l. 1. Ethic. c. 8.

S. 44. VI. Ut res est, ita vera est. Arist. l. 2. c. 1. ἔναρθρον, ὡς ἔχει τὴν εὐρυτωνηγή τῆς ἀληθείας. vulgo; quantum unumquodque habet de esse, tantum etiam de veritate. Ut enim in Ente datur variatio & analogia, ita etiam in veritate. Sic in rebus necessarijs major est veritas, quam in contingentibus.

S. 45. VII. Ut res est, ita cognoscitur. Ex hoc axiom. patet, unde difficultas cognoscendi veritatem oriatur. Res enim quædam nobiliores & perfectiores sunt nostrâ mente, quædam imperfectiores. In priori genere est difficultas ab i. i. becilla intellectus nostri virtute; in posteriori, ab obscuritate & imperfectione rerum. vid. Aristot. l. 2. c. 1. & Fonsec. ad hunc l. Jacch., & J. Mart. l. d.

S. 46. VIII. Inter verum & falsum non datur medium. Opponuntur u. contradictoriæ, & res ita est, ut esse dicuntur, aut non est.

S. 47. IX. Veritas est simplex, falsitas multiplex. sc. respectu ejusdem rei & questionis. Nam necesse est ut una sententia sit vera, à cuius veritate multis modis recedere quis potest.

S. 48. X. Signum non est signatum. sc. formaliter, ut supra declaratum est.

S. 49. XI. Non omne signum est sensibile. Patet hoc ex signis formalibus, vid Scheiblerum.

S. 50. XII. Signorum diversitas non infert diversitatem essentiarum. Potest enim optimè una essentia sese manifestare multis signis. Immò, quædam non aliter, nisi multis signis concurrentibus dignosci possunt. ut patet ex morbis.

S. 51. XIII. Notæ debent esse infallibilis. ut tales sint, 1. debent simul esse cum notato. 2. notiores esse notato. 3. debent uni, soli & semper

808-

convenire, ideoque inseparabiles esse à subjecta. Et hanc omnes proprietates habeant nāl' αληθείαν, non v. nātā δοξā. His observatis omnes nota Pontificiorum, quas Ecclesiae attribuunt, ruunt.

§. 52. Hactenus de primā specie veritatis, sequitur altera; Veritas nempe in essendo, quae est conformitas Entis cum suā idē, seu, cum intellectu, & quo cognoscitur vel normatur, v. g. naturalia à divino, artificialia ab humano.

§. 53. Veritas non addit suprà entitatem, quam implicat, perfectionem aut proprietatem aliquam, realiter, aut ratione rationata ab Essentia distinctam, sed relationem rationis. Hoc est, veritas transcendentalis dicit entitatem realem ipsius rei, connotando cognitionem, seu conceptum intellectus, cui talis entitas conformatur, vel in quo repräsentatur vel repräsentari potest, prout est, ut eruditè differit Suarez. d. 8. f. 7. n. 24. qui vid.

§. 54. Notandum est, conformitatem hanc non esse accipientiam pro conformitate in essendo, cum inter rem & intellectum scipio sit maxima dissimilatio in essendo, sed in repräsentando. Fonseca lib. 4. cap. 2. sect. 8.

§. 55. Cum veritas dicatur conformitas rei & intellectus, non est accipientium nomen rei, pro rebus secundum esse objectivum (ut illæ dicantur, quæ quatenus intellectui objiciuntur, sunt ei conformes) sic n. entia rationis essent vera, sed secundum esse reale Fons ibid.

§. 56. Conceptus nostri speculativi, non solum dicuntur veri per conformitatem cum rebus, sed etiam per conformitatem cum rationibus concipiendi, quæ sunt in mente divina. Et in posteriori conformitate constituit veritas transcendentalis. Sic conceptus corporis infiniti necessariò est conformis alicui rationi concipiendi, quæ est ratio essendi talis conceptus, sed non ratio essendi rei conceptæ. Fons ibid. f. 12

§. 57. Duobus modis aliquid cognoscimus. Uno ut in objecto cognito, v. g. imaginem in speculo. Et hoc modo non cognoscimus veritatem rerum in rationibus formalibus, quæ sunt in mente divinâ. Altero, ut per principio cognoscendi, atque sic cognoscitur à nobis veritas rerum in rationibus æternis, quatenus ejusmodi rationes participantur à nobis per lumen naturale, ut docte disput. Fons l. d.

§. 58. Veritas rerum creatarum dependet à mente divina, ea enim norma est & causa omnium rerum, quæ extra eam sunt, & ad iujus perfecti.

similiter idem omnia conformata sunt. Quatenus enim ens congruit cum illa norma; seu rationibus formalibus, quae sunt in mente divina etenim verum dicitur. Verus autem Deus est, quia est congruentia infallibilis & omnimodae identitatis inter divinam essentiam, & intellectum. Denominamen propriè non mensuratur, hos enim imperfectionis est. Unde dicunt quidam intellectum, ad quem conformantur res, praescindere à mensurante & cognoscente, vid. Scheibl. c. 9. n. 28. Cal. p. 328.

S. 59. *Rerum vero artificialium, quatenus artificialium, norma est intellectus artificis. Unde enim res quædam habet quod sit, inde habet etiam, quod vera sit. Quare hac in parte non mensuratur intellectus à rebus, sed res ab illo: cum in eo existant, & secundum ejus ideam siant, ut rectè ait Corn. Mart. pag. 256. Quando enim prout entia sunt, considerantur, & quatenus resolvuntur in sua simplicia, iterum reficiuntur ad divinam mentem, tanquam ad normam.*

S. 60. *Norma ῥυθμία πρᾶς est juxta quam alterius conditio seu habetudo exigitur. Definitio Aristotelica, μέτρον εστι τὸ πόσον γίγνεται. nimis angusta est, nisi quantitatis vox etiam impropriè pro quantitate intensivā, ut loquuntur, seu perfectionis, accepiarur.*

S. 61. *Notma varie dividitur; nos I. dicimus; norma est vel Quantitatis, vel Qualitatis.*

S. 62. *Quantitatis seu quantitativa est, Quæ mensuratur alterius res quantitatem. Est ergo vel ad equationis, vel repetitionis seu in adequato.*

S. 63. *Adequationis est, quando exactè convenienter mensuratur & mensurati quantitas, ut neutra nec excedat, nec excedatur, sic sex unitates sunt norma senarij.*

S. 64. *Repetitionis est, quando mensuratum mensuram excedit, adeo, ut ad ejus quantitatem explorandam mensuram necesse sit aliquoties repetiri, sic unitas est numerus senarij.*

S. 65. *Mensura Qualitatis est vel perfectionis, vel cognitionis.*

S. 66. *Perfectionis est juxta quam de virtute, vel perfectione alienis iudicamus, per approximationem ad illam. Sic ait Scaliger. ex. 102. l. 5. Est hominis anima omnium pœne regula viventium, quia quanto proprius reliqua creatura accedunt ad hominem, eo sunt perfectiones, & nobiliores. Sic Deus est mensura omnium rerum a se conditarum vid. Scheibl.*

S. 67. Norma

§. 67. Norma cognitionis est iuxta quam cognitio nostra exigitur, ne sunt principia cognoscendi, item res ipsae.

§. 68. II. Norma est vel $\theta\epsilon\omega\zeta$ as s doctrinalis, ut sunt Principia disciplinarum, ad quae doctrina rerum conformatur; vel $\pi\gamma\zeta\epsilon\omega\zeta$ seu moralis, sic leges normae sunt agendorum; vel $\pi\alpha\eta\tau\epsilon\omega\zeta$, ut sunt instrumenta mechanica & architectonica, ad quae opus aliquid dirigitur & elaboratur.

§. 69. III. Norma est vel naturalis vel artificialis. Illa est, quâ rerum naturalium habitu do examinatur; Sic intellectus divinus est norma omnium rerum creatarum. Artificialis est, quæ res artificiales mensurat, sic idea in mente artificis est norma domus adficandæ.

§. 70. Conditiones seu canonæ normæ sunt. I. Norma est notior normato. Quia nempe norma debet exactè manifestare normatum, ejusq; naturam. Quod autem nos dicit in alterius cognitionem, id debet esse notius. Hoc tamè accipiendum est de notiâ distictâ; confusa n. non raro notius est normatum. Hinc etiam mensura & mensuratum semper distinguunt realiter, vid. Scheibl. cap. 24. l. 1. n. 34. & seqq.

§. 71. II. Mensura est prior mensurato. Sic inquit Scalig. Ex. 352. f. 2. Nulla mensura generatur ab eo, cuius est mensura; sed id, quod efficit rei effectæ mensura. Sic intellectus humanus nequit esse mensura rerum creatarum, cum iis non sit prior, sed posterior.

§. 72. III. Mensura est homogenea mensurato. Suarez. dis. 50. f. 10. Cum dicitar mensuram debere esse homogeneam mensurato, nec de genere proximo nec remoto, nec proprio necesse est intelligi, sed de tali convenientia, quæ sufficit ad debitam proportionem necessariam inter mensuras & mensuratum. Sic tempus mensuratus res, licet illud sit successivum, hæ permanentes, quia datur quædam $\alpha\tau\alpha\lambda\sigma\zeta\alpha$. Tempus v. æternitatis norma esse nequit, quia nulla $\delta\mu\sigma\gamma\epsilon\epsilon\alpha$ seu proportio inter duo intercedit. Nec ratio aut consensus hominum potest esse norma articulorum fidei eadem de causa.

§. 73. IV. Norma est indivisibilis. Hoc est, vera norma, in quantum determinata norma esse debet, nullam admittit diminutionem, aut additionem. e. g. certi ulna, quatenus ei aliquid additur, vel demitur non amplius vera, sed adulterina est ultra. Sic traditiones humanæ nequeunt esse normæ, cum semper augeantur, mutentur, & interpolentur. v. Dn. Calovium,

§. 74. V. Norma est infallibilis. Idcirco quod dubium est, obscurum, ambiguum & incertum, nequit esse norma, ut sunt Traditiones humanæ. Sacra autem scriptura, cùm sit sufficientissimæ auctoritatis, & fidei certissimæ, sola est norma controyesarum Theologicarum. Sic in Philosophiâ & Medicinâ non valet, hoc dixit Aristoteles, Averrhoes Galenus, Paracelsus, E. verum est. Sed hoc ratio demonstrat; hoc Experientia evincit.

§. 75. VI. Mensura quantitativa nunquam excedit mensuratum. Quia si major esset, non posset mensurare. Excedi autem potest, ut perspicuum est in mensurâ inadæquationis, seu repetitionis.

§. 76. VII. Mensura perfectionis, & cognitionis nunquam exceditur. Ratio est, quia norma perfectionis eminenter in se habet omnes perfectiones normali; cognitionis vero virtualiter continet quicquid cognosci potest. E. necesse est, ut quicquid sit cognoscibile prius fuerit innorma. Hinc falsitatis arguuntur homines isti qui tam monstrosa dogmata fingunt, quæ nullâ ratione, neq; expresse, neq; tacite in S.S. continentur. Nec non iij, qui pari modo, tum in Philosophiâ, tum in aliis disciplinis tantas agitarunt nugas de talibus rebus, quæ neq; sunt, neq; esse possunt.

§. 77. IIX. Primum in unoquoq; genere est mensura reliquorum, loquiatur hoc $\alpha\zeta\iota\omega\rho\alpha$ de normâ perfectionis. Sic Deus est primum & nobilissimum Ens; igitur, quo proprius accedunt reliqua Entia ad divinas perfectiones, eo sunt nobiliores, sc. ceteris paribus si videlicet non repugnat specifica Entis natura. Sic Dei perfectio est immobilitas & hujus ratione lapis proprius ad Deum accedit quam homo, nec tamen, eo est perfectior quia simpliciter homini major perfectio est nobilitas, quam ignobilitas.

§. 78. Hactenus de normâ. Normalum est ejus habitudo exigitur. Specialiter, quod cum normâ naturali congruit, naturale dicitur; quod cum Artificiali, artificiale.

§. 79. Naturale multis modis dicitur. Opponitur 1. Supernaturali, quod aliter fit, quam naturæ universalis ordo fert. 2. op. ei, quod praeter naturam, i. e. quod quidem liter evenit, quam rei forma postulat, non tamen ei repugnat ut motus ignis in orbem. 3. ei, quod fit contra

era naturam i.e. quod eam destruit. 4. opponit, libero, & voluntario; &
sic naturale est, quod a causa absq; consilio agente proficiscitur. 5. vio-
lento. 6. fortuito. 7. naturale dicitur constitutivè, quod rei essentiam
constituit, &c. 8. consecutivè, quod eandem consequitur. 9. naturale a.
liquid dicitur vel subjective, vel transitivè, vel perfectivè, de quibus
vid. Scharff. c. 22. I 1. 10. naturale est, quod habet principium motus &
qui tis, & hæc acceptio est Physica. 11. naturale est quod opponitur
artificiali, & hæc acceptio est hujus loci.

§. 80. Naturale igitur est, quod habet veritatem suam ab intellectu
divino. Sic sub naturali omnia Entia, quatenus Entia; & ipsa natura-
turans & naturata continentur.

§. 81. Artificiale contraria est, quod veritatem habet ab intellectu huma-
no, seu artificiis. Notandum est, hic etiam sumi artificiale abstractè & forma-
liter, cum formâ artificiali, quae cōgruit cu*m* idea*s* pro eo ars quod inauxit,
& superficiem saltem variat. Si enim sumatur cōcrete, & materialiter, pro-
ut infert materiam, cui forma superducta est, est ens per accidens, & ex
parte quoq; ad divinam intellectionem terminatur.

§. 82. Veritati in essendo contradictoriè opponitur ignorantia, qua
in hac oppositione nihil est aliud quam quā aliquid, quod pro ente vendi-
tatur, ignoratur ab intellectu, à quō productum esse dicitur. e.g. Chimæra
est ens non-verum, seu fictum, quia ignoratur ab intellectu divino.
Hæc ignorantia non privativè opponitur veritati, 1. Privatio requireat
subjectum, quod nequit tribui non entibus. 2. Privatio negat formam in-
esse aptam; At fictio negat veritatem, que in non entibus esse nequit.

§. 83. Falsitas propriè loquendo non est in rebus, ut opinatur Timple-
1. 2. Metaph. c. 8. q. 11. sed extra res. 1. sicut veritas ponit entitatem, ita
falsitas, quæ tollit veritatem, tollit simulacrum; destruit ipsam veram en-
titatem, at quomodo potest in rebus esse, quod entitatem rerum ever-
tit? 2. verum dicitur ens, quatenus est conformabile alicui intellectui.
At omne ens est conformabile. E.

§. 84. Quod autem interdum non-entia vera dicuntur, sit id per
επαλογίαν, quæ est inter Entia, & non-entia. Vera autem Entia in-
terdum falsa dicuntur per extrinsecam denominationem ab intellectu
aliquo particulari, qui rei non conceptum proprium, cuius respectu
omnino vera est, sed alienum accommodat,

§. 85. Sie

§. 85. Si neq; opera artificum deformia, in quibus aberravit manus artificis ab ideâ, dici possunt falsa; nam non comparantur ad illam ideam tanquam ad normam & exemplar suum utpote, qua nunquam illum effectum sibi habuit propositum. De falsitate prolixè Suarez. dis. 9. Jac. Mart. I. i. Ex. 16. th. 12. Jacob. I. 2 c. II. & 10.

§. 86. Atq; hæc nobis disputata sunt de Vero, consequens est, ut Bonum breviter expediamus; quod affectionem adæquatam Entis esse nemo sanus negabit, & Arist. I. i. Eth. c. 6. ait, τὰ γαῖνοι σταχως λέγεται τῷ ὄντι. Ut autem Boni naturam rectius explicemus, placet quasdam statuere propositiones.

§. 87. Bonum & perfectum non sunt idem formaliter. Quod à Scheiblero & aliis firmissimè ita colligitur; Quæcumq; habent diversas rationes formales, ea non possunt formaliter idem esse, sed sunt distinctæ affectiones. Atqui Bonum & perfectum habent. E. Bonum enim, consistit formaliter in relatione rationis; Perfectum vero in negatione defectus. Diversissima autem sunt convenire voluntati, & carere defectu.

§. 88. Qui adversantur nostræ sententiae, distinguunt, 1. inter bonum sibi, quod sibi convenientem perfectionem possidet, & inter bonum alteri quod alterius appetitui convenit. 2. Dicunt omne bonum tamen esse perfectum, & quò res melior est, eo perfectior. 3. ajunt. Ens & perfectum esse synonyma. Sic Jac. Mart. I. i. Ex. 17. Ex Thoma; includitur, ait, perfectum in essentiali conceptu Entis realis. Non enim potest Ens cum entitate, hoc est realiter concipi, quia simul includatur ejus perfectio realis.

§. 89. Sed Resp. ad 1. bonum sibi æquivocè dici bonum dicitur, & nihil aliud esse, quam perfectum. ad 2. Et si omne bonū sit perfectū, tamen minimè concluditur bonum & perfectum formaliter convenire. Sic omne unum & perfectum, & quò Ens magis unum est, eo perfectius est; ut Deus, qui maximè unus est, ideoq; maximè perfectus est, non tamen propterea unitas est perfectio idem sunt. Distinguuntur enim, ut quoq; bonum est perfectum, rationibus formalibus à quibus affectionum distinctio petenda est; non v. à substratâ materiâ, in qua omnes convenient. Ad 3. negando illud. Alius enim omnino conceptus formalis Entis, alias perfectionis. Sic etiam nunquam Ens

con-

concipitur, ut non concipiatur implicite ejus veritas, & tamen Ens
& verum non sunt synonyma.

§. 90. II. Bonitas formaliter consistit in convenientia cum intellectu,
Opacipue divino. Bonum igitur est, quod habet talam entitatem, que
terminare potest actionem aliquas appetitus. Sicut n. verum est, quod
refertur ad intellectum, & de se spargere potest verum conceptum. Ita bonum est, quod ad voluntatem refertur, & appetitum complacat, ut vocant sedare potest. Vid. Fonseca l. 14. f. 5. q. 7. & Scalig.
Ex. 207. f. 17.

§. 91. Atq; ita bonitas non addit Enti Entitatem, videlicet qualitatem, ut vult Timplerus, realiter ab ipso distinctam, nec significat negationem, aut denominationem extrinsecam; Sed Bonum implicat in conceptu suo quidam ativo ipsam Entitatem, cum respectu ad voluntatem, ut dictum est.

§. 92. III. Relatio illa praecise & formalissimè sumta, non est convenientia sui ipsius, seu respectus ad se ipsum. Licet enim haec semper inveniatur in bono, tamen non est ratio formalis boni, si rem argui possemus, sic enim & mala essent bona, quia haec sibi optimè sunt proportionata.

§. 93. IV. Appetibilitas, quoque, etiam modo sumatus, nequit esse ratio formalis boni. Reste enim ait Corn. Martin. pag. 296. bonum est fundamentum & causa appetibilitatis, non vero contra quemadmodum coloratum est causa, ut res videri possit, quam visibilitatem vocant.

§. 94. Bonitas est adæquata Entis affectio, qui a. i. omne ens est Bonum. Est n. vel creatum, vel increatum. Creatum omnino terminat voluntatem divinam, quae id produxit, & conservat. Increatum a. sibi ipsi displicere nequit. Utrumque ergo bonum est. 2. Omne bonum est ens, quia omne bonum implicat Entitatem.

§. 95. Objicit. 1. Entia etiam ratione esse bona. v. g. dicitur bonus Syllogismus, bona enunciatio. Resp. Hoc sit saltem καὶ ἀναλογιά. Vid. scheib. c. 10. l. 1. n. 58. Fons. f. 8. q. 7. c. d.

§. 96. Objicitur 2. Solus Deus est bonus. Hoc intelligendum est de bonitate essentiali, seu essentialiter: vel intelligendum est comparative, videlicet, quod Deus respectu creaturarum eminentissimo modo bonus sit. Sic comparativè Entia finita dicuntur non entia, cum tamen omnino & absolute sint Entia.

C

Obje

§. 97. Objic. 3. *Vitia moralia esse bona.* Resp. in virtutis moribus duo sunt. 1. habitus vel actio, & haec omnino est Ens, & ideo bona. 2. est quædam *ārāzīa*, quæ est formalitas virtutum, & hujus respectu virtutia omnino sunt privationes, & mala. Scheibl. l. d.

§. 98. Bonum diversi modi vulgo distinguuntur. 1. Bonitas est vel summa & independens, qualis sola est divina *Essentia*, vel dependens & participata, quæ ab illa suam bonitatem accepit.

§. 99. Est bonum *κα<math>\delta\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\alpha\tau\alpha\tau\omega\kappa</math>*, quod revera & in se bonum est; & *κα<math>\delta\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\alpha\tau\alpha\tau\omega\kappa</math>*, quod apparenter saltem bonum & in sua natura malum est.

§. 100. Bonum est naturale, quod est congruentia naturæ; Morale, quod in virtute positum est, & Transcendentale de quo hic agitur. Sunt præterea aliae distinctiones non paucæ, quæ, quia limites Metaphysices transiliunt, hic omitti possunt. Vid. apud Scheibl. c. 10. tit. 1. Tipl. l. 2. c. 9.

§. 101. Bono malum opponitur, quod est carentia boni debiti incise. Et Bonitati, quidem Transcendentali contra dictoriū seu negativè opponitur, ideoq; soli non-entibus competit. Requis bonitatis generibus Privative adversatur, removet enim habitum, qui inesse debet.

§. 102. Malii distinctiones facile ex boni distinctionibus dijudicari possunt. Distinguuntur 1. in malum quod *Φαινομένως* tale est, & quod *κα<math>\delta\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\alpha\tau\alpha\tau\omega\kappa</math>*. 2. in malum naturale. 3. in malum culpæ & poenitentiale. 4. in malum *κα<math>\delta\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\alpha\tau\alpha\tau\omega\kappa</math>* & *ἀπλώσ*, quæ videantur tunc apud Scharff. cap. 3. l. 1. tu apud alios.

§. 103. Circum doctrinam de malo queritur; 1. *An malum habeat causas?* Resp. *κα<math>\delta\alpha\lambda\eta\vartheta\epsilon\alpha\tau\alpha\tau\omega\kappa</math>* illi causa tribui possunt, non v. stricte *Grigore* loquendo. Malum enim formaliter est non-ens; causæ vero & causatum sunt attributa Entis positivi.

§. 104. Quæritur 2. *An malum habeat causam efficientem per se, aut per accidens?* Nos cum CL. Jac. Mart. disp. 6. q. 8. posterius affirmamus. Ratio est; quia causa efficiens per se non efficit aliquid, nisi in se bonum, non v. toto genere à se diversum. De fine idem est judicium. Nam malum, quæ malum est, à nullo, intenditur, sed quatenus bonum esse existimatur. At hoc fit per accidens.

§. 105. Objicitur; Omne quod sit per accidens; habet causam per se. Resp.

Resp. Hoc verū est, de effectis positivis, non v. regativis, sufficit enim, ut fiat malum, si bonum sibi habeat propositum bonum finem, ut ipsi v. detur, qui tamen κατὰ δοξάν saltem bonus est.

§. 106. Q. 3. An omne malum sit in bono? Resp. ita. omne est in subiecto bono, præter id, quod contradictorie opponitur bono. In eo tamen bono non est, cuius est privatio, sed quod alterius est generis.

107. Q. 4. An detur summum malum? Resp. Summum malum Ethicum, & summum malum pœnae dari nihil obstat. Dantur enim opposita, summum neimpe bonum Ethicum, & vita æterna.

§. 108. Tandem coronidis loco αξιωματα quædam attexemus.
I. Omne quod est, in quantum est, bonum est; scilicet transcendentaliter. vid Corn. Mart. p. 267 Fonsec. I. 4. f. 6. c. 2. q. 7. Sic dicitur I. Tim. 4. πᾶν κάποια θεος καλὸν.

§. 109. II. Prima bonitas est mensura omnis boni. Quanto n. proprius archetypo suo assimilantur creaturæ, eò sunt meliores.

§. 110. III. Omne bonum est communicativum sui, s. quatenus decet & subjectum est aptum recipere. Sic Deus infinitam suam essentiam & potentiam non communicat creaturis ob hanc causam.

§. III. At objicitur, quomodo Deus bonitatem suam, quæ ipsius essentia est alius communicet! Resp. communicare non significat eandem numero rem & partem ejus tribuere, sed simile, quid in alio producere. Vid. Timplerus I. 2. c. 9.

§. 112. IV. Omne quod appetitur bonum est. sc. εύτως vel δοξιασμός; malum enim, quæ malum est, & cognoscitur, non est objectum voluntatis.

§. 113. V. Τὸ αὐτῶς ἀγαθόν, τὸ τινὲς εἴρεται τερον. Quod simpliciter bonum est, præstantius illo est, quod alicui bonum est. Aristot. I. 3. Topic. c. 1.

§. 114. VI. καὶ τὸ αὐτὸν ἀγαθόν καὶ αὐτὸν κατὰ συμβεβηκός αὐτῖς αἱρετώρεον. Quod per se causa boni est, id magis est eligendum, quam quod per accides. Plura ejusmodi prolixè per censem Aristot. I. 3. Top. c. I. 2. 3. & 4.

§. 115

S. 115. Bonum non efficit malum. sc. per se, bene autem per acci-
dens. Omne enim malum oritur à Bono, non quatenus est bonum,
sed quatenus in agendo deficit, aut impeditur, aut decipitur.

Επιτάγματα Φυσικὰ.

1. An in cælo sint distincti orbes ? N.
2. An absurdum sit stellis formam motricem
tribuere ? N.
3. An probari possit duos contrarios in cælo
dari motus ? N.
4. An intellectus sit in pedibus ? A.
5. An quoddam vacuum necessariò detur in re-
rum naturā ? A.

F I N I S.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729467031/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729467031/phys_0023)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729467031/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729467031/phys_0024)

DFG

era naturam i.e. quod eam destruit. 4. oppon. liber
sic naturale est, quod à causa absq; consilio agente
lento. 6. Fortuito. 7. naturale dicitur constitutivè,
constituit, & 8. consecutivè, quod eandem consequi
liquid dicitur vel subiective, vel transitivè, vel perfec
vid. Scharff. c. 22. I 1.10. naturale est, quod habet Pri
quiatis, & hæc acceptio est Physica. II. naturale est
artificiali, & hæc acceptio est hujus loci.


§. 80. Naturale igitur est, quod habet veritatem
divino. Sic sub naturali omnia Entia, quatenus Entia;
turans & naturata continentur.

§. 81. Artificiale contrà est, quod veritatem habet a
no, seu artificiu. Notandum est, hic etiam sumi artificiale
liter, cum formâ artificiali, quae cōgruit cū ideas pro eo
& superficiem saltēm variat. Si enim sumatur cōcrete. C
ut infert materiam, cui forma superducta est, est ens p
parte quoq; ad divinam intellectiōnem terminatur.

§. 82. Veritati in essendo contradictriorie opponi
in hac oppositione nihil est aliud quam quā aliquid, qu
tatur, ignoratur ab intellectu, à quā productum esse dic
est ens non -verum, seu fictum, quia ignoratur ab i
Hæc ignorantia non privativè opponitur veritati, 1.
subjectum, quod nequit tribui non entibus. 2. Privatio
esse aptam; At fictio negat veritatem, quæ in non enti
bus.

§. 83. Falsitas propriè loquendo non est in rebus, ut
1. 2. Metaph. c. 8. q. ii. sed extrà res. 1. sicut veritas po
falsitas, quæ tollit veritatem, tollit simulatq; destruit
titutam, at quomodo potest in rebus esse, quod entit
tit? 2. verum dicitur ens, quatenus est conformabile
At omne ens est conformabile. E.

§. 84. Quod autem interdum non-entia vera d
évaλογία, quæ est inter Entia, & non-entia. Ver
terdum falsa dicuntur per extrinsecam denominatio
aliquo particulari, qui rei non conceptum propriu
omniō vera est, sed alienum accommodat,



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 4

Patch Reference numbers on UTT

DFG